Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8321
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Quis enim hominum posset credere quod homo mortalis talia posset sustinere qualia sustinuit laurentius paduanorum dicit. Qua igitur dum tales adhuiusmodi temptationes afflictionesque puenuunt debemus ista ad memoriam reducere omnemque spem nostram in dominum iactare ut ipse nobis faciat puentum euenire eius liberando aut etiam victoriae

Fratres. Scitis quoniam cum gentes Dom. x. Tolerantiam praebendo. ad corint. x.
eetis ad simulacra prout ducebamini euntes. et rl.

Reducit a baptismo corinthios utque pristinae gustatio innotitiam ut eius considerationem crescant in monitam gustationem quomodo sicut gentiles iuuenes feruebant in mundatio a errore qua illa cultura nihil erat sic iam christiani diuinis praeceptis cum feruore animi debent obsequi. Gentes autem siue gentiles appellantur quia ab errore patrum suorum ing nascuntur in religionem melioris utique immutamur. Vnde gens quae sic manet ut gentilis et uocatur. Hinc pagani quia ad diuinum cultum non accedit quos gentes nunc appellant non quod tempus temporis paganorum eorum qui ista ducebat sed quod ante notitiam fidei fuerant hoc est quod antea cum gentes eetis subaudit iam non estis. Legit autem gens in bono sicut et in tamen pgente sunt filios dei congregaret. Ad simulacra muta prout ducebamini euntes subaudit eratis. Simulacra a simulando dicuntur eo quod simulent bonum et non sint bona. equum et non sit equus certaque huiusmodi, idcoque muta appellantur. psalmista ait os habent et non loquentur. oculos habent et non uidebunt. neque enim est spes in ore ipsorum. Si quod autem tibi in idolis audit demonum deceptionem et non simulachrum insensibilitatem assebit. Adhuc oranda tam a demonibus quam etiam ab auruspicibus et philosophis despiciebantur impellebantur et sensus. Sicut cum gentes eetis demonum templis sine reluctatione prout ducebamini frequentabatis sic nunc dum agimini spiritu sancto secundum sanam fidem doctrinam ad ecclesiam dei accedite et salutiferis praeceptis cum omni humilitate obtempare studete et quod dicit prout ducebamini ostendit eos tam uenerationem exhibuisse simulachris ut eorum cultum nequaquam abhorrerent a quibuscumque hortarentur monerent et ducerent. Ita et conuitantur ad dominum diligentes paulum et coapostolos eius synere non deberent suae salutis amatores. Idcoque subaudit quia dominum ignorauistis. et quia de spiritualibus mysteriis nolo uos ignorantes reddere. Hortum uobis facio quod nemo

ad corint. x.

p. sonus